

Psalmus responsorius

Ps 97, 1. 2-3ab. 3cd-4 (R̄: cf. 2b)

R̄. In conspéctu géntium revelávit Dóminus salutáre suum.

vel:

Allelúia.

¹ Cantáte Dómino cánticum novum,
quia mirabília fecit.
Salvávit sibi délixtera eius,
et bráchium sanctum eius. R̄.

² Notum fecit Dóminus salutáre suum,
in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.

³ Recordátus est misericórdiæ suæ
et veritátis suæ dómui Israel. R̄.

Vidérunt omnes términi terræ
salutáre Dei nostri.

⁴ Iubiláte Deo, omnis terra,
erúmpite, exsultáte et psállite. R̄.